



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quoad filios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

4. Ex his placitis tam variis, quæ certè inniuntur
variis rerum circumstantiis, vides (quamvis ea iuvent ad
deliberandam rem aded molestam) meliorem huius expen-
sationis trutinam non esse, quam prudentiam Confes-
sarij dictam *num. 1.*

An filij, ut etiam uxor possint occultare bona Patris, vel viri defuncti, ne veniant in manus Creditorum, dicam *inferius*, *Tract. 5. cap. 1. num. 9.*

Quoad Famulos.

5. Quoad fabulos ego distinguo servos conditione ad servis perpetuis, five Mancipii Domino prout ad dictis. Si de his posterioribus loquamur, puta, si medica (juxta conditionem servi quoad victum, & vestitum sibi competentia) a Domino ea nolente dare, accipiat, vix posse perveniri ad mortale, & interdum ne ad veniale quidem. Ratio est, quia in his negandis irrationabiliter est Dominus invitus. Quo vero ad pecuniam, aliaque bona, vix affligeri Mancipium hoc a conditione extraneorum, expendendus nihilominus est amor in ipsum Domini, utilitas, servitium, officiaque ab ipso exhibita, juxta *superius*, universum dicta *num. 1.*

In prioribus servis, quibus sua merces ex pacto datur, si hi aliquid amplius auferant, peccabunt: non tamen ad æquam mensuram extraneorum, quia etiam respectu horum, ut potest domesticorum præsertim in medicis, reliquisque ciborum, minus sunt inviti Domini. Adde eos tacite consentire in furtulis famulorum, alioqui non valde gravibus, quandoquidem sciunt hæc solere ab ipsis committi, & tamen eos conducunt. Sed enim vero prudentia opus est, ne nimis laxas habenas servis reliquas, nec nimis angustas. An exigua mercede ob suam necessitatem conducti possint per furtum, usque ad justam mercedem sibi providere per occasionem diximus in 3. opuscul. de Sacrif. Miss. libro tertio cap. 1. §. 3. num. 19.

6. Prædicti omnes, si materia suæ parvitatem excessere, obligabuntur sub mortali restituere: & uxor quidem restituere debet, vel statim, si bona propria habeat, vel habere possit: vel debet post mortem Mariti, Mariti hæredibus restituere ex dote, quam reperit. Filiis item ex proprio peculio statim, vel si proprium peculium non habent: debent post mortem Patris in divisionem cum fratribus adducere, vide *q.æ dixi sup. lib. 5. dec. cap. 4 §. 2.* de Donationibus inter Patrem, & Filium. Excusabitur tamen à restitutione filius post mortem Patris, si fratres simile quid furari sing, vel si iidem condonent, vel si pater actu condonavit, vel putatus fuit condonatus, si fuisset à filio rogatus, qui ob verècundiam non petiit condonationem, & de summa agatur de qua dispendere poterat Pater. Atque hanc excusationem ductam à condonatione expressa, vel præsumpta extendi ad uxorem modo, quo dicimus in filio, dubium nequaquam sit. Denique pari modo obligabuntur statim, quando habent, unde restitunt, nisi ex Domini benignitate, amore, &c. confidant parumper, vel diu posse differre, imò & omnino restitutionem negligere.

CAPVT IV.

*De quantitate Furti Religiosorum sufficienti
ad mortale.*

Non est sermo de furtis, quæ fortè Religiosus admittit ex bonis omnino alienis, tunc enim si is habet, perinde ac cæteri fures, de quibus hæcenus disputatum est, obligabitur, modo tamen *infra. 4. cap. 1. §. 1. a. num. 7.* explicatiùs asserendo, sed loquimur de furtis ex bonis sui conventus, in quo ipse alitur. Et quærimus primò, *quamnam quantitas sufficiat ad mortales* & quoniam,

ut *supra* vidimus, Religiosus propter Votum Pauperum
his non potest usurpare bona ulla externa, etiam
si illis Dominis, nisi de Superioris consensu, ut
rimus secundo, *quem* quantitas requiratur, *ad hoc*
contra ejusmodi votum mortaliter peccato: De quibus
in censuram ab aliquo vocer, ita agam, ut Doctus
potius afferam verba, quam mea.

2. Quoad potorem sic habet Suarez t. 5. de Rel. lib. 1. n. 40. 41. *Quando Religiosus propria auctoritate sine licentia explicita, vel tacita, vel praesumptiva, non sup. lib. 1. c. 3. §. 7. v. Religio foris quata, explicitum, etiam, vel aliud ex communibus bonis usum propter mortale, si materia attingat quatuordecim [altem quatuordecim] geotum et interdum poterit minor sufficere iuxta circumstantias, (intelligi) si quando Monachi pauperi grave sic damnum inferretur, vel quia hoc de alio bene Monasterij usu consumptribilibus, peribilibus scilicet ad cibum, et potum, si tantum ad proprium actualem, ut sic dicam, et transcursum ad proprium aliquid sumatur, regulariter non videtur peccatum tibi, nisi damnum Religiosis esset nimis, et extraordinarium, et praesens. Extra huiusmodi enim res huiusmodi reputari levioris conditionis (excepit) tunc, quando Religio pro paupertate, aut alia causa perinde determinatum solum daret Religiosis: tunc tunc perinde est invitus Superior quoad comestibilia, et quoad reliquae; intelligi, excepto casu necessitatis alimentorum.) Et quamvis Praelatis hoc displicent, tamen ea sunt involuntarij, ut illam reponant materiam in ordine ad pauperem, sed solum in ordine ad decentiam, et perfectionem Religionis. Accedit, quod Religiosi quoad usum huiusmodi rerum, tractant ut inter parentem autem, et filium non consensum filio gravi. Secus vero esset, si huiusmodi rei in magna quantitate acciperentur, et occulte retenta perire consumerentur: nam illud esse posset grave peccatum, quia ad id discutendum in particulari magna praesentia necessaria sit. Et num. 43. sic addit: In rebus non usum consumuntur si accipiunt ab externis, non minus graves, si res in magna quantitate accipiuntur, et occulte retenta perire consumerentur: nam accipere solum non tantum ad usum vivendi v. g. comedendi, aut bibendi, regulariter non estimatur materia gravis in ordine ad peccatum: quidquid id sit de obedientia aut de alia praesentia Religiosa. In acceptionem autem pecuniae [sup.] major deformitas: idemque est in illa, accipere solum dominium. Hae Suarez,*

¶ 3. Quoad posteriorem questionem sic habet Sanchez, tit. 2. in dec. lib. 7. cap. 20. numero 3. *Communio verisimè sententia est, cum quantitate necessariarum, & sufficienti, quæ necessaria est, & sufficit in hominibus, & animalibus ad constituendum materiam peccati mortalis.* Et paulo post: *Iam hodie, inquit, communio sententia est, exigi in Hispania furtum quadruplicis æquei (id est, quatuor Regalium, seu fuliorum) ad mortem atqueidem dicendum ad mortalem Religiosis pauperum.* Rectè item advertit sic, num. 6. *Non semper peccatum in se notabilis absque licentia accepta, satis est ad mortem proprietatis peccatum, quia rei magni valoris potest solum brevissimi temporis usus, modici valoris esse, reddendo statim, & ideo erit solum culpa venialis.* Sanchez.

4. Peres. Possumusne probabiter sentire tam al
peccatum contra paupertatem, quam ad peccatum usque
pandi bona Monasterij, requiri illam quantitatem, quæ
requiritur ad hoc, ut filius peccet mortaliter foras ab
Patre, quando certum est requiri majorem, ut videmus
supr. cap. 3. num. 3. & 4.

Respondco, negat id Sanchez dict. num. 3. & Jacobus
Gordonius, lib. 5. q. 3. cap. 4. fine, sic habet. Quod recentior
rum unus dixit in e. i. modi furis aq. parum videtur
vium Superiorem, ac est Pateris erga filium, probabile
est, cum Instituti ratio vox ipsa Superioris, ac denum
cia clarè prohibeant huiusmodi furta.